


1. Baumgarten, Wigand. Tac, de Graecia i. scriptis et nota-
tis et superius curatis. Halae 1742.
2. " " , de conversione non inestanea. Halae 1743.
3. " " , examen variarum opinionum de regno postero-
rum Abrahami in Aegypto. Halae 1743.
4. " " , de Tuda sacrae coemar convira. Halae 1744.
5. " " , de circumspectione haeretico-logicā. Halae 1744.
6. " " , de discriminē revelationis et inspirationis. Halae 1745.
7. " " , de propagatione et gradibus peccati originalis. " 1745.
8. " " , de Paullo gentium apostolo contra Ioh. Morganum. 1745.
9. " " , de veris signis vocacionis divinas ad ministerium
ecclesiasticum. Halae 1746.
10. " " , de procrasti natione baptiorum apud retores quæque
causis. Halae 1747.
11. " " , de genuina et spuria aedificatione spirituali me-
diisque illius legitimis et illegitimis. Halae 1747.
12. " " , vindiciae plurium praetuarum fictionum codicis
Sect. N.T. adverus W. Whiston et ab eo latas boce
criticas. Halae 1750.
13. " " , de variis modis abutendi evangello. Halae 1750.
14. " " , de mirabili fuga prophetæ Jonæ. Halae 1751.
15. " " , de martyris Christiani variis circa eadem
notandis. Halae 1752.
16. " " , de captivanda ratione sub fidem, seu de imperio
fidei in rationem, rationi congruente. Halae 1752.
17. " " , de officiis ecclesie varia scandalorum genera. Halae 1752.
18. " " , orationem, meditationem, tentationem facere
Christianum et theologum. Halae 1752.

14. Baumgarten, Sigism. Fai, de participatione peccatorum aliorum. Halae 1752.
20. " " , Vindicias omnisipientiae in Deo. Halae 1752.
21. " " , Vindicias recipitatis liberorum symbolorum contra recentissimas obiectationes. Halae 1753.
22. " " , de periculosa sacramentorum in caerimonia harum in sacra menta permutatione. Halae 1753.
23. " " , de miraculis in regno gratiae. Halae 1753.
24. " " , de invincibili et evanescibili humanas Christi naturas. Halae 1753.
25. " " , de limitibus libertati conscientias possendi. Halae 1753.
26. " " , Authentia dogmatis Matt. vii com. sui obriae a recentissimus oppugnationibus vindicata. Halae 1753.
27. " " , de vera operis operati indole jusque necepsaria sed cauta debellatione. Halae 1753.
28. " " , de artis cognitionis humanae limitibus in rebus divinis. Halae 1753.
29. " " , de iudice, auctoritate numeraque concordium documentorum. Halae 1753.
30. " " , de statu animarum separatarum. Halae 1754.
31. " " , de mysteriorum Christianarum fidei vera indole cumque contra recentissimas oppugnations vindicatis. Halae 1754.
32. " " , Vindicias vocis Iesos in oraculo Paulino 1 Tim. iii, 16 obriae. Halae 1754.
33. " " , de historia laporis. Halae 1754.
34. " " , de abuso locutionum anthropopathicorum. Halae 1754.
35. " " , de immortalitate Christi et Christianorum. Halae 1755.



36. Baumgarten, Sigism. Thac, Fuga Christianorum et in specie
sacerdotum ad frutinam rationis et revelationis
exigil. Halae 1753.
37. " " Disputatione ecclesiastica admiranda singulari pro-
vidence patrum doctrina vestigia in vindicanda per pacem
Augustanam 1582 et Augustanam 1555 sacerorum evan-
gelicorum libertate exponens. Halae (1753).
38. " " de omnisciencia Christi in statu exinanitionis
Halae 1756.
39. " " de iconolatria Christianorum idololatrica. " 1756.
40. " " De monstratio aeternae peccatorum damnationis
et futuram ex scientia dei media. Halae 1757.
41. " " de genealogia Jesu. (Halae) 1749.
41. " " ad difficultiora verba Rom. 18, 5. Halae 1746.
43. " " Commentatio in quatuor symbola Theotistica.
Halae 1752.
44. " " Commentatio in versionem Theotisticam symboli
St. Anastiani. Halae 1752.



DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
**EFFICACIA S. SCRIPTVRAE
NATVRALI ET SVPERNATVRALI**

QVAM

SVB PRAESIDIO

VIRI SVMME REVERENDI EXCELLENTISSIMI
ATQVE DOCTISSIMI

DN. SIGISMVNDI IACOBI BAVMGARTEN
S. S. THEOL. D. ET PROF. PVBL. ORD.

PATRONI AC PRAECEPTORIS QVA PAR
EST ANIMI OBSERVANTIA AETATEM COLENDI
ERVDITORVM EXAMINI

AD D. OCT. A. O. R. CIO IO CC XXXXIII

H. L. Q. C.

SVBIICIET

AVCTOR

MARTINVS FELMER

CIBINIO-TRANSILVANVS.

HALAE MAGDEBURGICAE
TYPIS GEORGII IACOBI LEHMANNI VIUVAE.

(6)

KÖN.PR.FR.
UNIVERS.
ZV HALLE



PROOEMIVM.

Quantum curatior veri Philosophici
scrutatio, intimiori doctrinarum
sanctorum cognitioni adsundere
valeat lucis, eis omnibus in com-
perio satius esse potest, quibus utri-
usque campi veritatum culturam,
amico ut par est vinculo necendi copia, curæ cordique
fuit; ita, ut actum agere volens, operam omnem luderem,
qua fuisus hic idem exponere & euincere anniterer, quod
nostra in primis palam loquuntur tempora. Verum utut
multæ in Scientia Theologica partes, cauto philosophiæ
usui acceptæ ferendæ sint, immo perfectiora in dies sperare
iubeant: tantum tamen abest, ut feliciter humanæ ad ex-
trema pronæ imbecillitatí, hoc medio gaudere in univer-
sum

A 2

sum liceat; ut potius sæpiissime eam nimio ex defectus horrore, ad excessus æque, immo magis dolendos prorumperet videas. Evectum illud ad altiores gradus naturæ lumen, faces sacra rimaturis præferens merito suspiciendas, hebetiorum non raro quorundam aciem, eo usque obtundit, ut intuitive certis adnumerare non erubescant, quæ nictantes, e loginquo salutem animadvertere sibi visi sunt. Aliorum vero mens agilior, impuris sæpe ne dicam impiis acta stimulis, vires suas aliis probandi studio, talem faltuum sibi in sacris exponendis contrahit consuetudinem, ut levissimo nisu, immenso illi inter rationem & revelationem, naturam & gratiam hiatui, leviori terminologia illudat. Huic originem suam debent fonti, temeræ illæ & perversæ divinorum ad humana contortiones, supra naturæ conceptum locatorum, superficiariæ explicationes, eorum, qui summis ima miscentes, neglectui principiū omnium in theologia principis S. Scripturæ, penas dant. Non multum ab huius farinæ ingenii abesse mihi videntur, qui, naturæ convenientius omnia ut effingant, in delineando salutis ordine, & correctione præsertim penitiori constitutionis hominum per omnia depravatae, omne hoc negotium, Spiritui S. per verbum supernaturaliter operanti proprium, emendationi cuidam morali, per S. Scripturam, non alia effectui dandæ vi deferunt, quam quæ communis eidem ceteris humano stilo exaratis cum scriptis, naturalis dici consuevit, hinc illuminationem derivantes, per modum accessionum cognitionis nostræ ordinarium, hinc regenerationem & sanctificationem, ex motivis gratiæ in S. Scriptura propositis, viribus, ut loqui etiam amant, spirituibus, effectus, quos ut ut dicant supernaturales & spirituales, non alio ramen in oraculis divinis, Spiritus S. operationi tributos, & ita dicendos esse autem, nisi quatenus verbum Dei ab immediata eiusdem & supernaturali olim provenerit inspiratione, eo saltem ex fonte hominem seipsum, illuminare, convertere & sancti-

sanctificare non posse persuali, quod veritates Evangelicæ & moriva ex opere Redemtionis defumenda ex ratione eidem cognita non int, sed divinitus revelata. Longius certe hi, quos prægressa æque vidit ac nostra experitur ætas, a scopo abludere censendi sunt illis adversariæ alius factio[n]is penitus hodie inter nostrat[er]es silentis hominibus, qui verbum divinum nudum aliquod organon, omni vi supernaturali per constitutionem suam destitutum dicunt, & immediatam Spiritus S. operationem, ab illius effectu prorsus separant. Hi enim orthodoxyæ, quod putauerim, soli, illi vero super ea praxi etiam pietatis Christianæ, multum detrahunt; cum in impedimentis conversionis & sanctificationis incrementi, iure suo, nimia primo loco in viribus propriis collocata fiducia, numeretur. In nexus vero dogmatum puriorum, dici non potest quanta inde resulter confusio. Doctrinæ præter ante memoratas, de unione mystica hominum cum Deo, de bonis operibus, renovatione præsertim & differentia naturæ & gratiæ, quæque cum his ulterius connexæ, notionibus subversis, terminis vero consuetis, alia omnia significantibus, temerario ausu iisdem indignitandis definiatis, obfuscantur, & oracula proprioris revelationis, per violentiam, contextu & finibus Auctoris proscriptis, ad consensum adiunguntur. Non igitur pretio frustrandum laborem sub manus sumisse videbor, memorata rite secum volventi, & temporum præsertim nostrorum etiam conditionem curatius reputanti, dum dissertatione hacce, devia quorum mentionem iam fecimus, utraque declinaturus. Efficaciam verbi divini duplēcē, naturalem æque ac supernaturalem, notionibus suis & principio cognoscendi Theologie primario convenienter, exponere constitui, ita quidem, ut modo operationis Spiritus S. per verbum sua ex inde constet vera indoles. Facile quidem ardui huius Thematis, & imbecillitatis virium mearum cogitatio, detergere mediantem a proposito valuerit; verum stimulos vacillant[er] adidit

didit desiderium Viri cuiusdam S. R. Praeceptoris quondam in terra patria dilectissimi, legendi scriptum aliquod recentius, in hanc rem faciens, cui explendo vires si quæ in me sunt omnes collegi, eo facilius hoc paœto defectum veniam impetraturus, si voluntas efficacissima, exspectationi tamen quod satis sit facere non potuerit. In ipso labore stadium ita dimensus sum, ut primum indolem utriusque S. Scripturæ vis, deinde nexus inter utramque necessarium, exposuerim, liberiorem in omnibus discursum adhibens, naturalem differendi methodum fecutus, præclare mecum actum mihi persuasurus, si Deo & bene animatis solis conatus meos innocentes si non utiles probare hoc labore valuero.

§. I.

Efficax dicimus, quidquid vi præditum est actuandi mutationes fini suo conformes, quod idem efficiens audit, quando mutationes hasce quibus producendis per finem destinatum est, existentes reddit. Vis vero illa entis efficacis, principium est eidem intrinsecum & sufficiens mutationem ab ente pendentium, unde ex notione eiusdem & fine conceputibile esse debet. Efficacia entis adfæctio est propter quam dicitur efficax. Hæc igitur etiam ex conceptu rei, cuius qualitatem efficit, deriuari ut possit neces-sario sequitur.

§. II.

Vltimi ut plurimum & plenarii finis, complures interme-dii diversi, rationem continent sufficientem. (v. Ontol.) Diuersi fines diversas supponunt fibi conformes mutationes (§. I.) Efficax igitur ens, pluribus mutationibus diversis, finibus distinctis respon-

respondentibus, ad ultimum tamen finem omnibus conpirantibus producendis, sufficere, adeoque viribus pluribus praeditum, hinc multifariam efficax esse potest (§. I.) Complexus virium entis omnium, mutationibus, quibus producendis sufficiunt, finem ultimum plenariam exhaucientium, efficaciam eius plenam & integrum constituit. *Hec igitur plenario entis ex conceptu derivari posse* debet. Cum vero gradus praestantiae ex gradibus consensu variorum in eodem aliquo tertio determinandi sint; idem etiam de efficacia entis tum particulari tum plenaria, statuendum. Eo efficacius scilicet dicendum, quo quid maiore vi praeditum est, eo maior vero haec tunc censenda, quo plenius mutationes conformiores finem ad quem tendunt exhauiuntur. *Efficacissimum* vero illud merito nuncupandum, quod effectibus, finem ultimum plene adsequentibus actuandis, sufficit, efficacia plenaria summa pollens, nec ulla virium requisitum destitutum.

Ex prædicatis vi tributis liquere cuivis facile potest, nos aliud quid eadem indigitare ac Metaphysicis receptum est. Intellegimus scilicet sub vi id quod alii virtutem sive potentiam *(dovauis)* dicere solent, eoque referimus tum facultatem tum conarum aliquem, mutationes producendi, sine ulteriori modi productionis mutationem harum determinatione. Ceterum quæ de efficacia entis hic memorata sunt, clarissima cuivis, in exemplo medicamenti efficacis evadere possunt.

§. III.

Verbum est series vocabulorum, representationes & iudicia connexa significantium. Quidquid igitur ex notione verbi conceptibile est, rationem sui in connexione vocum, earumque ad conceptus repræsentandos relationem, sufficientem habere debet. Primo igitur inde fluit alveo, vim verbi adeoque efficaciam eiusdem, ad conditionem vocum, id earumque significandarum tam qualitatem quam lexum, redire. (§. I.) Dum vero facultas ex signis signata colligendi animæ humanae competit, liquere hinc etiam

etiam mutationes, in verbi qua talis efficacia rationem sui sufficientem habentes, ad animam primario humanam pertinere, ita quidem, ut ex natura eiusdem, collata cum notione verbi, facile possent derivari (v. Psychol.)

§. III.

Verbo, quatenus signatorum folum, symbolis suis respondentium, in anima adpercipiente excitare valet ideas, *objektiva*, quatenus vero mutationum in appetitu per eas ulterius producentarum rationem sufficientem continet, *effectiva* tribui solet efficacia. Vraque initium principio mutationum naturalium i.e. ex vi mundi plene conceptibilium, *naturalis* audit, ipsa etiam ex notione et natura verbi adequate derivanda (§. II.) Vis effectiva sufficiens facultati appetitivae hominis superiori determinanda, *Logicomoralis*, inferiori vero, *Aestheticomoralis* sive *Rhetorica* audit.

Logica, *Aesthetica* & *Rhetorica* vis audit, quod scientias, utriusque constitutionem legitimam & modum agendi exponentes, iisdem nominibus insignimus. *Moralis* vero vtraque adiecto insignitur, quia illam philosophiae partem moralem dicimus, qua appetitiva hominis facultati, fini hominum conformiter determinandae praecepta exhibet. Eminentior utriusque, praesertim *Rhetorica* gradus est, quem tantopere ab orationibus antiquis praedicatum scimus, vim orationis *κατ' εξοχήν* nuncupatum. Ita Cicero meæ totius orationis tres inquit sunt rationes, una - - - tercia concitandorum animorum, harum partium tertia *VIM* desiderat, de *Or. II. 29.* & ad *Dip. Lib. XV. Ep. 21.* multæ erant & recondite litteræ, vis non erat.

§. V.

Dum verbi Efficacia mutationibus non nisi fini conformibus producendis sufficit, (§. I.) ex fine potissimum diiudicari debet, que cuius eiusdem species debeat convenire. (§. IIII.) Tantum equidem absit ut *ulla* earum quarum mentionem fecimus verbo

verbo in genere spectato repugnet, ut ex eiusdem potius notione, perfecte singula deduci possint; diversæ tamen quævis orationum & verborum individua vel species cum determinent accessiones, diversarum principia mutationum; ex harum potissimum ad finem relatarum conditione, vis cuiusque verbi individui figenda erit. Nobiliorem in humanis finem constitutum morum emendatio, habitum actionum similium liberarum ad finem ultimum conformatio, quorum perfectione, præcipuis spiritus absolvitur perfectio, (Mor.) obtinendæ autem huic per vim verbi naturalem, determinationes adpetitus legitimas inservire, principia Ptochol. docent. Facile igitur hinc adaptare, præcipuis eminentiori classi adnumerandis verbis, hunc finem constitutum esse, & ad eundem efficacibus adsequendum, *vim Logico- vel Aestheticomoralem, vel uramque conuenire* (§. III.)

§. VI.

Sacram Scripturam verbum dicimus complectens revelationem Iudaicam & Christianam, eoque fine hominibus illam exhibitam esse ex ipso eiusdem testimonio & experientia scimus, ut illi ad unionem, cum Numine supremo perducantur (Theol. Dogm.) 1 Joh. I, 3. 4. Joh. XX, 31. V, 39. Col. XVII, 3. Sapientia auctoris summi verbi divini adversaretur, medium elegeret, fini suo non sufficiens; huic vero illud sufficere tunc non posset, si vi destitueretur producendi mutationes fini illi conformes, immo per fines intermedios penitus eundem exhaustientes. *Efficacissimum igitur illud verbum ut sit, necessario sequitur.* (§. II.) Cum vero diversa cuicunque verbi efficacis vis sit, pro diversitate mutationum finibus diversis intermediis conformium; (§. V.) quotuplices mutationes ad finem S. scriptura plenarium exhaustendum ex intentione supremi eiusdem Auctoris requiruntur, totuplicem etiam eidem vim competere debere, erit evictum. Plenarium igitur verbi divini efficaciam exposituri expositio virorum eiusdem singularium, si plures sunt, ex conditione nimis efficiuum ad finem plenum obtainendum requisitarum, incumbet.

B

§. VII.

§. VII.

Vno hominum cum ente supremo, eminentiorem s. scripture constituit finem. (§. VI.) Effectum hunc in solidum gratia diuinæ operanti tribuendum esse per Theol. dogm. edocemur. Dum vero haec eadem ex libera hominis conditione evincit, mutationum pædagogicarum, per naturales hominum vires possibilium, adeoque mutationum naturalium in admittenda prævenientis gratia operatione, necessitatem antecedentem, medium vero earundem verbum divinum adstruit; facile inde est ad elicendum, naturalibus hoc mutationibus fini convenienter producendis sufficere debere. Vis mutationibus naturalibus par et destinata actuandis, naturalis audit, (§. III) *hee igitur S. Scripture ut competit* evidens est consequentia, firmior evasura si sequentia etiam argumenta ad eandem corroborandam simul conferantur.

§. VIII.

Ordinarium a Deo extraordinariis viis, mediatum immedia-
to operandi modo præferri, per Theol. nat. edocemur, quæ
quantum quidem salvis finibus possibile est, naturalem eundem
sequi tramitem, demonstret, in iis etiam, quæ plenario non nisi
supernaturaliter obtineri possunt. Finis S. Scripturæ ultimus in
supernaturalibus locum habere debet. (§. VII.) Licit igitur muta-
tionum naturalium non sit, eundem penitus exhaustire; si tamen
hae per conditionem veritatum, carumque ad animam humanam
sibi reliquam relationem, aliquo saltim præparatorio modo ad il-
lum conspirare possunt; facillime inde erit perspectu, *vim, verbo diuino, naturalem quoque convenire*. Lubens vero quivis con-
ditionis illius veritatem sibi persuaderi siverit, qui perpendit Theologię naturalis ad revelatam, doctrinæ moralis philosophicę ad
supernaturalē, & animæ humanæ ad veritates sanctiores leuem,
aliquam tamen relationem.

§. VIII.

§. VIII.

Gravior vim naturalem S. scriptura evincens ratio est, quod ex notione verbi explicati perfecte possit et hinc in eadem sufficienter fundetur. (§. III.) Qui nativam igitur vim verbi divini negare justinuerit, is actu quidem primo tandem ipsi inesse adversatus, contra principia omnis cognitionis prima, vires suas perderet, vel actu secundo eam se exercere ex fine Auctoris impugnanti, demonstratio incumberet, Deum auctorem verbi divini, miraculose semper, legibus aternis impeditis, effectuum naturalium ex vi eiusdem nativa concipiendorum productioni obicem posse, quod si præterim cum §. præc. conferatur, sapientia divina aperte contrariatur. Attributum igitur omnis scripti, vim eiusdem nativam, verbo etiam divino tribuere, sana ratione iubemur. Vis verbi naturalis, Logico vel Aesthetico moralis est effectiva, si paululum saltim nobiliore id classi adnumerandum sit. (§. V.) Ex hoc igitur statim fonte liquere putem, efficaciam verbo divino Logico- vel Aestheticomorale vel utramque potius convenire, quod iam per partes ut evincimus instituti ratio postulabit.

§. X.

Conniunctio hominum cum ente supremo, finis verbi divini eminentior constitutus est. (§. VI.) Ex conditione hominum libertate preditorum, quorum usibus medium hocce inservire debet, collata cum indole possibilis inter Deum sumimum & creaturam rationalem unionis, facile concepi potest, supponere finem illum nobiliorem S. scripturæ, cognitionem divini Numinis, einsque tam naturæ quam voluntatis, finisque ab eodem ratione hominum intenti, & mediorum huc facientium, claram & distinctam. Dum igitur ex fine verbi diadicandum est, quibus id efficax mutationibus producendis aptum ac sufficiens esse debeat; paucis hinc labore conceperis, S. scripturam efficacem (§. VI.) vi naturali, (§. III. VIII.) representationibus claris & distinctis veritatum quas continet actuandis sufficeré, adeoque vim eidem

eidem competere determinandi facultatem hominis cognoscitivam superiorem, hinc *Logicam*.

§. XI.

Per finem suum verbum illud divinum tendere etiam debet ad coniunctionem illam hominis cum Deo beatissimam actuandam. (§. VI.) Viam igitur non solum ut monstraret, et media ad eam obtinendam facientia declarat, sufficit, verum animum etiam firmiter ad haec amplectenda ut compellat, oportet, efficacia scilicet naturali. Illa enim libri cuiusvis practico fine gaudentis efficacis deprehenditur indoles, ut veritates, quas suppeditat & repräsentationes, quas per easdem excitare valet omnes, e lateribus suis gaudeant, & ad finem effectui dandum conspirent. Animi modus elicuntur per repräsentationes honorum & malorum vel distinctas vel confusas, illæ vero proprius pertinent ad hominem liberæ determinandum. (*Psychol.*) Cum igitur ad entia libertate prædicta S. scripture referatur ex fine Auctoris, (§. VI.) apta producendis repräsentationibus claris & distinctis (§. X.), liberis utique ea motibus causandis sufficiens esse debet, adeoque determinanda facultati hominis adpetitiva superiori, & efficax quidem sibi suo convenienter, unde sequitur *præditam eam esse naturali vi Logicomorali* (§. IIII.)

§. XII.

Quam ex notionibus iustis verbo divino competere evicimus, vim *Logicomoramalem*, actu *eidem* convenire, per *Inductiōnem* & *Experientiam* indubie demonstrari potest. Omnis enim oratio verbi divini ita testante intuitu comparata est, vt non solum sensum gignat in auditore eiusdem capaci, naturalique requisita receptivitate prædicto, verum voluntatem etiam recto ordine adscire valeat. Cuiusvis propriæ id committamus experientia necesse est observandum. Neque alienæ testimonia desunt, illorum etiam, qui posito efficacie ipsius supernaturali obice, insignem tamen illius vim instruendi commovendique lectores experti

experti profitentur & suspiciunt, licet supernaturalem virtutem iplamque divinam originem negent aut sollicitent. Probe enim cavendum est, ne quis vim hanc particularem S. scripture, sufficientem putet plenario huius adsequendo fini, quod ex hoc conditione huius, & necessitate vis supernaturalis inferius expoundae, convelli facile potest. Nihil autem ex hac tenuis memoratis aliud liquere putem, quam, praeditam esse S. scripture vi naturali (§. VII. VIII.) Logicomorali (§. XI. X.) & per hanc efficacem (§. VI.) sufficere mutationibus fini convenientibus producendis, quarum limites, ex receptivitate obiecti determinandos, mox adponemus, ad expositionem vis huius fusioren, continuo progresstru.

§. XIII.

Efficacia verbi Logicomorali audit, per quam sufficit facultati adpetitivæ superiori animæ determinanda. (§. III.) Præcipuum verbi divini characterem, ab omnibus id inferioris nota libris sejungenitem, exhibet, divina eiusdem revelatio. Hæc igitur veritatem, quas propriat conditio, omnium S. scripture cum aliis scriptis communium determinationum, singularem fit get conceptum. Quodsi ergo notio S. scripture Logicomoralis, accuratius fusiisque exponatur; tria potissimum erunt, quibus illam, requirente facultatis animæ adpetitivæ superioris conditione, præstandis, sufficientem adfirmamus (§. III.) Determinatur scilicet hæc per representationes bonorum vel malorum, claras, distinctas & certas i. e. motiva. (Plych.) Sufficiet itaque verbum divinum, per vim suam Logicomoram, producendis primum representationibus claris distinctisque veritatum quas continet, & motivorum præsertim revelatorum, gignendo deinde ad sensui, præbendo cognitioni corundem certæ, & elicendis denique ex sic comparatis veritatum, earumque relationis ad felicitatem humanam representationibus, motibus animi, vim & laterum exhibitorum referentibus. Tria hæc momenta sunt, quæ singula distinctius excutienda & figenda adæquatam vis verbi divini Logico moralis exhibebunt notionem.

§. XIII.

Duplicis, quas verbum divinum continet veritates sunt in-dolis, aliæ proprie revelatae, ad quarum notitiam homini sola ratione duce pervenire non licuit, aliæ vero latius sic dictæ, quæ & aliunde ab eodem cognosci potuerunt. Posterioris generis veritatis clare & distincte repræsentandis, quin verbum divinum per vim suam nativam Logicomoralem sufficiat, non facile quis dubiaverit, qui illius conditionis representationes ad efficaciam S. scripturæ requiri (§. XIII.) Deum vero naturæ quantum licet conformiter agere. (§. XVIII.) cum harum veritatum indole collatum secum reputaverit. Quod ad priorem vero contentorum S. scriptura attinet speciem, simplicem eorum apprehensionem ex symbolis illorum, quivis horum naturæ gnarus, largius concederit, anterioris vero cognitionis limites, veritatum cœlestium cum facultatibus hominis naturalibus & ratione insituta comparatio, edocbit. Notæ nempe rerum clarae cognitæ, fundamentum exhibent cognitionis distinctæ. (Psychol.) Possibile igitur est, ut rerum, quas nunquam sensu percipimus, distinctam nobis adquiramus notionem per symbola notas significantia. Applicata hæc conditio-ni rerum & veritatum revelatarum, nostram de illis notitiam naturaliter possibilem ex facris oraculis, terminabunt, & hinc verbū divini Efficaciam naturalem Logicomoralem legitimis suis circumscrivent. Ea nimur hæc esse debet, ut *symbolice distinctam veritatem & motivorum præcipue cœlestium ideam*, eorumque cum naturaliter iam ex ratione cognitis nexus notionem, cognitionem, quam vocant literalem, externam excitare valeat.

§. XV.

Certum est nobis, quod verum cognoscimus, & huic ordinario ad-sentimur. Quia adpetitum superiore mouere debet cognitio, non distincta solum vel clara, sed certa etiam sit oportet. (Psychol.) Visigitur S. scriptura Logicomoralis, ad sensu etiam sufficere debet actuando, quem cognitis largiamur communovendi. (§. XIII.) Logice producendus ad sensu nititur evidentia principiorum, & legitima conjectariorum ex iis deductione. Hic igitur

tur cum solus, inter effectus scripti, ratione certitudinis contentorum ipsius praesulandæ referri possit; conditio convictionis per vim Logicomoralem S. scripturæ possibilis, de veritatum, quas continet evidenter, in aprico est, quam nomen etiam huic imposuisse sciimus. (§. III.) Principiorum sive notionum fundamentalium, quas exhibet verbum divinum, veritas, duplii inititur tali, rationis, altero (§. XIII.) altero auctoratis i. e. veracitatis auctoris S. scriptura suprenni. (Theol. Dogm.) Illud ad sensus fundamentum ad vim Logicomoralem verbi divini referri debere, extra dubitationis quidem aleam positum est (§. III.), hoc vero in tantum eo pertinere debet, quatenus de divina Bibliorum origine per rationem convinci possumus. Modum convictionis huius, per legitimam characterum revelationis ad verbum divinum applicationem Theologia docet Dogmatica, quam hoc inde transscribere instituti ratio vetat, adsumere vero firmam inbet.

§. XVI.

Alterum ad sensum Logice producendum quod requirebatur momentum, legitima conceptuum fundamentalium verorum combinatione & regulis rationalis doctrinæ convenienter instituta aliorum ex aliis deductione absolvitur. Supponit hæc distinctam possibilis obiectorum cognitionem, (Log.) quæ cum per vim Logicomoralem S. scriptura possibilis sit, (§. XIII.) liberalius certe inde sequitur, ut vis Logicomoralis verbi divini, ad sensum veritatis in hoc contentis largiendum operatura, (§. XIII.) Logice eidem producendo sufficiat, quod ad alterum etiam huius requisitum. Unde adserita revelationis proprioris, ultra veritatis illorum ex auctoritate libri divina impetrata certitudinem, novam ut fortiantur corroborationem necesse est. Nec tamen hic modum productionis ad sensus huius ulterius determinamus, vel prorfus in eo eundem collocatum volumus, ut scientifica rigorosiori ille methodo procedat, qualis per invenias omnibus terminis definitiones iustas, harumque subordinationem systematicam & cum axiomatibus, theorematibus, postulatis & corollariis situm syntheticum vel analyticum actuatur; verum hoc saltem sufficit adstruendæ vi Logicomorali

S. scri-

S. scripturæ ut regulis convincendi conformiter, in deducendis ex principiis iam politis consecutiariis, *ad sensum his logendum operari valeat*, pro suauitate sapientie suam Auctoris, qui viam Auctoritatis quam rationis, satius in complurimis fini eminentiori respondere, novit.

§. XVII.

Enatus hinc ad sensus fides audit humana. Fides quidem, omnem in genere sepe notitiam vel ad sensum denotare solet, & tunc humanæ hic ad sensus fidei nomen tulit, quod cognitio hæc S. scripturæ, vel ad sensus contentis illius datum, humanarum naturæ virium ope producatur; strictius tamen ad sensum denotat veritati cuidam tributum, cuius ratio est testimonium, quod si fuerit humanum, humana audit. Et hoc quidem respectu in denominando hoc ad sensu, demonstrationis illius Logicomoralis ex characteribus revelationis, ad probandam auctoritatem S. scripturæ insitute, præcipue ratio habetur, cuius scilicet ad sensus effectus, non nisi humana fides dici potest. Primus enim trium illorum characterum principum, contradictionis exsul, solus ad proprium in minore devolvitur experientiam, alter vero & tertius ut plurimum ad alienam, & testimonium de iis humanum. Excepto enim, de miraculis cum verbo divino olim ad huius divinitatem habiliendam coniunctis, testimonio mere humano, veritas certe de integritate S. scripturæ summe necessaria, maxima ex parte testimonibus mortuis accepta ferenda. Ut taceam conensem relationum historicarum verbi divini necessarium quod ad alterum characterem, cum relationibus historicorum humanorum immo ethiicorum iisdem gestis. Quæ omnia demonstratione insituta, minoris syllogismi certitudinem completam ad testimonium præcipue humanum redigunt, conclusione illata fidei tribuenda, & quidem ob conditionem testimonii rationis ad sentiendi ultimæ, humanæ.

§. XVIII.

§. XVIII.

Ad sensum hunc veritatis ex S. Scriptura cognitis largendum, effectum vis Logicomoralis eiusdem, firmum, omnibusque dubitandi rationibus superiorum esse, apodictica eiusdem Genesis requirit. (§. XV. XVI.). Cum vero variis certitudinis admittendi sint gradus: maiorem utique concedere debeamus dari certitudinem ex notione sola entis demonstratorum, vel experientia propria in universum constantium; sufficientem tamen hanc, quamvis Logicomoralis ex certis rationibus praefat, suo iure adfirmamus, determinando firmo eidem prehendo ad sensui, & ex motivis hoc modo valentibus, voluntati. Nec probabilem soluna nobis vim naturalem verbi divini exhibere dicimus [veritatum notitiam], si huic certum omni in ambitu opponatur; ut ut faciles eam largiri possimus denominationem, si physice aut absolute certo & evidenti, ut loqui amarunt Scholae veteres, contradicuntur, omnem remotissimam etiam oppositi formidinem per se excludenti, qua utique in rebus ad fidem humanam pertinentibus urgeri suo modo potest.

Opinionem dixerunt fidem hanc humanam, ad sensum praecepit ex characteribus internis S. Scripturæ procreatam, veterum quidam Theologorum nostrantium, (accuratius illam alias, exterius verbi divini criterii adscribentibus:) nec tamen determinato recentiusque recepto significatu, verum in oppositione saltim ad Scholasticos impugnandos, qui iudicium quod vocarunt credibilitatis evidens inde deducere solebant, tale quidem quod sufficiat sustinenda fidei divinæ, in illud postremum devote. Vnde hac loh. Mufei in Introd. ad Theol. P. II. Cap. V. pos. VIII. 3. legimus verba: Non enim de ratione opinionis est, ut actu cum formidine oppositi coniuncta sit, sed sufficit, si per eam non tam evidenter, sive ita diffinde & clare obiectum adprobendatur, ut simpliciter omnem rationem formidandi oppositum excludat. vid. Vasquez. P. I. Tom. disp. V. Cap. 12. Mendoza disp. X. de Anim. Seçt. V. §. 48. & paucis interiectis idem Mufeus l. c. n. V. Motiva illa inquit iungim sumta, (credibilitatis puta interna) cum undique in divinam S. Scripturæ religionisque Christianæ originem conspiacent, namque non ab hominibus inventam, sed ab ipso me

G

Deo

*Deo mortalium generi patefactam esse, uno quasi ore clamentē generant cognitionem certam omniq[ue] alia fīe humana fide si-
ve opinione, superiorem.*

§. XVIII.

Claræ distinctæ & certæ veritatum revelatarum cognitioni actuandæ sufficere vim Logicomoralem S. Scripturæ evicimus (§. XIII.-XVI.) Cognitio vero talis voluntatem hominis determinare valet. Pro fine igitur practico verbi diviui, *motibus facultatis adpetitivæ superioris, sive suo conformib[us] caussandis, idem aptum & sufficiens erit*, (§. VI. XI. XIII.) silum nempe naturæ fecundum, per motiva fortissima exhibenda. Ex constitutione autem S. Scripturæ liquet, motiva ab eadem exposita, ad duas omnium quas continet veritatum redire species, (§. XIII.) harumque altera bona & mala aliunde iam perceptibilia, alteram vero bona cœlestia & mala rationem effugientia, exhibere. Per illa, quin adpetitum hominum sini conformiter determinando vis Logicomoralis sufficiat, non facile quisquam negaverit; hæc vero eidem effectui adhiberi, in quantum bonorum & malorum secundi generis cognitio, naturaliter per efficaciam illam possibilis est, (§. XIII.) largietur, quisquis huius notionem cum sapientia divina contulerit (§. VIII.)

§. XX.

Rerum symbolice repræsentatarum illarum solum possibilis est intuitus, quarum iam sensu præceptarum in Phantasia delituerunt ideæ, nunc solum occasione significatus symbolorum, legib[us] mutationum animæ conformiter, resuscitandæ. Cum igitur longe diversissima divinorum ab humanis, cœlestium a terrestribus, sit conditio, ea scilicet, ut nullius viventium unquam sibi relictorum in sensu ultro nec incurrerint, nec sini incurfura, omnia vero quæ de eisdem patefacta nobis deprehendimus in verbo divino, terminis ex terrestri sphæra translatis horumque & compositione & combinatione expressa inveniamus; facile hinc est ad coniectandum, per vim verbi divini naturalem Logicomoralem, non nisi symbolice claram vel distinctam in acutis- firmis

sumis etiam ingenii, per abstractionem et comparationem rigorosissimam circa veritatis revelatas versantibus, illarum produci posse cognitionem, eam tamen quae involvat notas, ad obiecta ab aliis omnibus discernendum & ex eorum ideis inter se & cum aliis combinatis nova deducendum, sufficienes. Idem igitur (§. XIII.) de bonis pariter ac malis, per revelationem saltum nobis cognitis, statuendum erit. *Intuitum scilicet eundem verum, obiecto representato exacte respondentem, per vim solum Logicomoralem naturalem possibilem non esse*, quod tamen adiputui per eandem determinando officere nequit, cui distincte aliquales saltim intuitiva representandorum ideas sufficerem posse sunt, (per Exp.) dicto iam modo pro compositionem & combinationem imaginum terrestrium, naturaliter facile de cœlestibus etiam obtainendæ (Psychol.).

Sufficit profecto ad commovendum aliquem, ut statum aliquem desideret, & amplectatur facientia ad eundem obtainendum media, qui tanquam omnibus malis, quibus iam premitur, vacuis & liber, amoenissim vero bonis & voluptatibus, talibus licet, cum certitudine tamen procurata describitur, ad quorum sensum nunquam ante pervenit, ideam vero aliquam saltim intuitivam, ex similibus sibi adquirere potest. Idem etiam de gratia Dei specialissima, vita & damnatio-ne &c. dicendum est. Nos vero explicata priori iam specie vis S. Scripturæ naturalis, efficacia Logicomorali, ad Rhetoricam nunc exponentiam delabimur.

§. XXI.

Elaterum verbi cuiusdam vim intendunt & augent, extensive clariores bonorum & malorum representandorum excitatae ideas. Ha vero enascuntur ex representationibus sensitivis, qui elatres dicuntur stimuli. (Psychol.) Motiva igitur, stimuli accidentibus evadant fortiora, necesse est. Efficacius igitur verbum dicendum est, quod per motiva stimuli intensa, mutationibus sini suo conformatius producendis sufficiens est. (§. II.) Motiva facultatem adipetivam superiore, stimuli inferiore determinant, (Psychol.) illa ad vim verbi Logicomoralem, hui ad rhetorican refereendi. (§. III.) Efficacius igitur verbum est, prædictum vi Logico & Aestheticomo-

rali. Cum igitur S. Scriptura ob perfectionem Auctoris summa, mutationibus naturalibus per efficaciam suam naturalem producendis sufficientissima, adeoque efficacissima esse debeat, (§. VI.) facile inde cuivis perspectu esse potest, *Rhetorica etiam efficacia præditam eam esse debere.* Quod idem sapientia præfertim Auctoris verbi divini supremi, evincit, quæ medium omnium, quorum commodis inservire ex intentione eius debet, captui accommodatum verbum ut exhiberet, oportuit, in quibus maximam partem a sensibus pendere, in aprico est. Accedere potest tanquam ad cumulum, experientia ciuisvis, modum veritatum in S. Scriptura propositionis, explorantis, quem in multis maxime sensitivum facili negotio deprehendet.

§. XXII.

Determinatur facultas adipetitiva inferior per representationes bonorum & malorum sensitivas, i.e. non distinctas, extensive tamen quæ clariores esse possunt distinctis, habita nimis multitudinis notarum ratione. Augent vero adipetitum æque ac aversationem sensitivam, imaginationis antecedens & adfectuum influxus. (Psychol.) Omnia vero hoc requisita nituntur bonorum & malorum vim elaterum præflantium intuitu. Cum igitur vis Rhetorica verbi divini sufficiat, facultati hominis adipetitiva inferiori efficacissime determinandæ, pro consensu nimis cum fine, adeoque facultatis superioris inclinatione fortiori; (§. XXI.) sufficiens quoque erit, producendis bonorum & malorum in verbo divino propositorum, cœlestium etiam & naturaliter non cognoscibilium, representationibus sensitivis, extensive clarioribus, intuitum aliquem fortiorum præflantibus & imaginationem æque ac affectus excitatus, ad fortiorum adipetitum & aversationem fini correspondentes, determinantibus, illorum quidem ordinario horum autem (§. XX.) exposito modo utroque facultatibus hominum naturalibus convenienti.

Sensitiva sane sunt representationes, cœlorum atque orci in verbo divino adumbrationes, & intuitum profecto licet aliquam tantum posibilem, fortior tamen præstant, sulphuris & picis ardenti imaginis, vehementius non paucis commovendis.

vendis sufficientes, quam subtilissimæ Metaphysicorum de loco damnatorum præcisions. Referendæ etiam eo sentitivæ Dei eiusque attributorum imbecillitatí hominum accomodatae descriptions.

§. XXIII.

Quam hactenus delineavimus, vis S. Scripturæ naturalis, cum aliis eidem, humano filio exaratis scriptis, & debiliori ingenio concinnatis sermonibus communis, communem etiam naturæque hominum & verbi conformem operandi sectabitur modum, (§. III.) procedentem scilicet, per representationes excitas, earundemque in adpetitum præstitum influxum unde *materialis* dicitur. (§. cit.) Discretius singula hue pertinere quæ possunt momenta, exponere & demonstrare, institutum prohibet. Cittatis igitur solum principiis Psychologicis, collatis cum natura verbi, eiusdemque efficacia nativa, (§. II.) *requisita operationis eius ex parte obiecti necessaria*, recensebo. Antecedenter nimirum eo pertinet, mediorum apparatus necessarius, notitia linguae, quæ ad perceptionem nostram venit verbum divinitus revelatum. Cognitio veritatum naturalium sufficiens, facultatumque animæ dispositio iusta, & habitus præfertim operationum intellectus æque ac voluntatis, adeoque libertatis. Sub ipsa lectione vel auditione verbi divini, referendus eo erit, usus mediorum horum legitimus, per applicationem regularum hermeneticarum, attentionem, reflexionem, abstractionem, comparationem, ratiocinationem, & exercitium præcipue libertatis. Constat hæc omnia inter omnes, nec ulteriori indigent expositione; defectus vero & absentia, quibus vis verbi naturalis sufficit effectum, causa, defectus scilicet illorum requisitorum, necessitatem eorundem, quam sapientia divina ob ordinem flagita, maximo pere evincit.

§. XXIV.

Clarior omnis notio antecedenter discussa evadit pluribus eiusdem ad alias diversas, vel similes institutis relationibus: priori quidem casu, quod ad qualitatem, posteriori vero, quantitatem rei adsignandam attinet, (Log.) Idem usū veniet, si conce-

ptum

ptum vis naturalis S. Scripturæ in nexus cum, vel relatione ad aliorum efficaciam librorum terrestri penicillo delineatorum, accuratis intueamur. Eminentiorum longe illius conditionem dabit, Auctoris eiusdem supremi, infinito supra limites intervallo collocanda perfectio, omniscientia præsertim & omnisapientia eiusdem summa. Nativa enim verbi divini efficacia, ad indolem vocum, idearum significandarum tam qualitatem quam nexum reddit. (§. III.) *Perfectissima igitur eiusdem si conditio oportet:* Cum optimorum symbolorum, commodissimum conceptum excitandoruū nexus, ex intima anima humanæ cognitione, gnarum habuerit Auctorem, Ens scilicet supremum, viris ~~esse~~ & conceptus & signa eorundem, immediata sua operatione exhibens (Dogn.).

§. XXV.

Altera, quæ ad diiudicandam penitusque cognoscendam hanc efficaciam fertur relatio, cum obiecto eandem, cuius usui destinatam sciimus conferre iubet. Quæ collatio veros eiusdem effectuū limites exhibebit. Efficacia enim omnis non nisi pro receptivitate obiecti agere potest. Quæcumque igitur haec tenus ex notione S. Scripturæ veritatimque, revelatarum, & harum ad animam humanam ingenere relatione, de vi nativa illius adducta sunt, terminis demum iustis ex penitiori hominis pro statu naturali præsenti cognitione, cicumscribi debent. Obiectum enim verbi divini homo est, secundum facultates suas animæ præsertim superiores. Harum si curatus scrutemur indolem, deprehendimus ducente ipsa revelatione, ita hominem natura comparatum esse, ut salutari cognitione veritatis revelata non solum, sed facultate etiam eam obtinendi & legitime applicandi intrinseca penitus substituatur, 1 Cor. II, 14. Eph. I 9. III, 19. III, 18. 1 Cor. I, 20. III, 18-20. & hinc salutaris etiam adipitus determinationis minime capax sit, Col. II, 13. Eph. II, 1, 3, 5. Jao. III, 4. Rom. VIII, 7. III, 10, 12. salutaris cognitio & appetitus determinatio est, qua fini veritatum revelatarum eminentiori, i. e. salutis hominum sufficit penitus obtinendo. Facultate igitur homo &

recce-



receptivitate destituitur, requisita ad id, ut naturaliter, fini pleno S. Scripturæ obtainendo convenienter, determinari possit. Dum ergo vis nativa S. Scripturæ effectibus solum naturaliter possibilibus sufficit præstans, (§. III.) nec agit nisi pro receptivitate obiecti; prono hinc liquet anni, fini S. Scripturæ pleno adsequendo, longe illam imparem esse.

§. XXVI.

Modus operandi naturalis S. Scripturæ vis, moralis est. (§. XXIII.) In hocce omnes præcipua virtum hominis naturalium partes sunt, motiva proposita in se excitari non solum patientium, sed reapse producentium, & per cognitionem enatam vivam ad petitum pleno proprio nisu determinantium, utnec hæc omnia originaliter a verbo deduci debeant, quod tamen species fatem primas exhibuisse, adeoque occasionaliter & obiective tantum concurresse, proprie dicendum est. (Psychol.) Licit igitur verbum divinum supernaturaliter revelatum sit ac miraculoſe; effectum tamen nullum, moraliter ab eodem productum, agente vi ipsius nativa, supernaturalem ac miraculosum dicere licebit naturalibus quippe hominis viribus abscribendum. Quicunque ergo efficaciam S. Scripturæ naturalem fini plenaria eius sufficientem contendit, is coniunctionem hominum cum Deo, salutem mortaliū, viribus humanis naturalibus tribuere, dicendus erit, nullo facile modo Pelagianismi ab Erroribus absolwendus, si vel maxime supernaturalem aut miraculosam illam, ex conditione veritatum revelatarum, adflueret allaboret.

§. XXVII.

Efficaciam S. Scripturæ naturalem, mutationibus naturalibus solum producendis sufficientem, ex notione verbi in genere conceptibilem, (§. VIII.) finem plenum S. Scripturæ minime exhaustire §. XXV. docuit. Plenam igitur illa verbi divini efficaciam, confirmare nequit, in particularibus solum habenda, preparatorie & remotius ad finem plenarium obtainendum concurrens, mutationes huic conformes, nec tamen eidem adsequendo sufficientes, producens. (§. II. VII. seqq.) Cum itaque verbum di-

vinum

vinum efficacissimum sit, fini suo plenario penitus obtinendo quam maxime sufficiens (§. VI.) alia adhuc præter nativam suam vi præditum ut sit necessario sequitur. Qualis verbo efficaci vis competit ex fine potissimum pleno diadicandum est (§. V.). In supernaturalibus hunc collocandum esse ex Theol. Dogm. iam (§. VII.) mouimus. Dum igitur finis supernaturalis, supernaturales supponit mutationes, per vim naturalem minime concipiendas, supernaturalium ut altera illa verbi divini efficacia effectuum, fini pleno exhaustiendo sufficientium contineat rationem determinantem, necessario sequitur. Principium mutationum supernaturalium fini conformium intrinsecum sufficiens, *vis supernaturalis* audit, haec igitur *verbo etiam competit divino ex notione eiusdem perfecte concipienda* (§. I, II.).

§. XXVIII.

Supernaturalibus sola effectibus producendis sufficit *vis divina*. (Theol. Nat.) Haec igitur *verbo divino competere*, & cum essentialijs eidem non poscit, *communicata esse debet* (§. XXVII). Evincit hoc idem bonitas æque ac potentia Numinis supremi. Si enim efficacia illa supernaturalis verbo divino tributo non esset ab Auctore eiusdem summo, aut non potuisse aut non voluisse huic illam conferre, dicendum foret: quorum cum prius omnipotentiæ, posterius vero bonitati Dei obloquatur; locum utrumque habere nequit, sumissime hanc illi collocatam esse evincens. Cum autem limites nature egrediens efficacie huius supernaturalis S. Scripturæ conditio, divinum præcipue testimonium indolem eiusdem scrutaturis commendet; idem nobis etiam incumbere rati, evolutionem dictorum quorundam principum uberiori deductioni premittemus, tum quæ eandem vim verbo divino competere evincant, tum quæ effectus eiusdem præciosos determinant.

§. XXIX.

Primum quod buc referimus oraculum invenitur Rom. I, 26.
abi quidem ex penitiori contextus & finis Apostoli intuitione, facile cuivis patere potest, eundem rationem hic rationis subiungere

gere v. 13 - 15. sui de quo Romanos certiores fecerat, firmiores eos visitandi propositi. Rationem illius immediate praecedentibus in verbis v. 16. posuerat primariam, in remotione, quod cui vide-ri posset, impedimenti, aversationis nimirum aliorum de Evangelii constitutionis & effectuum perfectionibus perversi iudicii, quo ille se nequaquam deterret a proposto finit, (ut subiungit) capropter, quod intimorem & accuratiorem præstantia Evangelii Christi eiusque effectuum habeat cognitionem, qua sciat, esse illud vim & potentiam Dei ipsius propriam sufficientem ad salu-tem conferendam omni credenti Iudeo æque ac Ethnico, i. e. uni-verso generi humano. *Referri* *huc etiam debet* *Iob. VI, 63.* ubi Servatorem sermonem suum divinum, contra infrunitos malevo-lorum insultus, defendere volentem, hanc illius notionem exhibere reperimus, quod sit spiritus et vita, spiritum vero illum vivifi-cantem proxime prægresso appellaverat, nil aliud quam efficaciam Evangelii adeoque verbi divini supernaturalem, spiritui hominis corrigendo & vita spirituali procreandæ sufficientissimam, volens indigitare. Ex quo duplice oraculo ipsis et terminis lique-re putem 1) Evangelio Christi, h. e. de Christo eiusque redemptio-ne & per illam instituta ordine salutis agenti, ab eodem tanquam auctore hominibus patefacto, & ad Christum eiusque unionem ducenti, pariter ac omni sermone Divino, competere potentiam divinam sumمام. 2) Esse hanc sufficientissimam procurandæ hominum æternæ salutis adeoque obtinendi fini plenario verbi divini. 3) Servire eam efficaciam supernaturalem ad salutem omni credenti, adeoque acceptationem verbi divini, & promissionum in eadem occurrentium & ordinis in eodem præscripti, necessari-um esse requisitum & ordinem in quo homines in universum o-mines, effectuum illius efficacia salutarium, evadere possint par-ticipes.

§. XXX.

Eandem *illam* *vim* *&* *efficaciam* *verbi* *divini* *supernatura-lem* *evincunt* *tum* *i* *Tbeff. I, 5.* ubi verbum Evangelii, non nudi-um aut inane fuisse Paulus dicit apud Theſſalonicenses, vim fo-rum naturalem cuivis verbo communem exercens, sed conimi-ctum

D

ctum

etum cum potentia & spiritu, adeoque efficacia supernaturali idem se exseruisse; *tum 1 Cor. II, 4. 5.* quo loco idem Apostolus sermonem suum, scilicet divinum, non in persuasoriis humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & potentiarum apud Corinthios valuisse dicit. *conf. 1 Cor. I, 18. 24: tum Ephes. I, 18. 19.* ubi eadem illa vis & potentia qua Christus suscitatus est ex mortuis, esse dicitur cum illa, qua ad fidem Ephesii conversi fuerant, quam excellentem magnitudinem potentiarum Dei infinitæ in ipsis, & efficaciam roboris fortitudinis ipsius, emphaticè sane appellat, quam verbo competere illa evincunt oracula, quæ conversionem S. Scripturæ in solidum adscribunt, mox recensenda: *tum varie impropria verbi denominations*, hanc in primis eiusdem efficaciam urgentes, e.g. seminis Iesa, LV, II. Iac. I, 18. Luc. VIII, 4. mallei Ier. XXIII, 19. gladii penetrantis ad divisionem animarum & spiritus Hebr. IIII, 12. ignis urentis Luc. XXIII, 32. Ier. XXIII, 29. conf. etiam Psal. XXVIII, 3. 9.

§. XXXI.

Alter oraculorum ordo bic exponentus, præcipuas eiusdem dabit efficacie supernaturalis, quibus actuandis sufficit, mutatio-nes. In his numeramus *illuminationem*, quam unioni homi-num cum Deo viam parantem verbo actuandam tribui debere ei-vincit 2 Petr, I, 19. ubi verbum divinum lucerna vocatur splen-dens in loco caliginoso, & Phosphorus lucens in cordibus nostris Psal. CXVIII, 5. idem vocatur lucerna pedibus nostris & lu-men semitis nostris & Act. XVI, 18. finis & efficacia ei tribui-tur, adperiendi oculos Gentium, ut convertantur a tenebris ad lucem, & a potestate Satanæ ad Deum. Altera hoc refertur mu-tatio princeps, *Regeneratio*, quam eidem verbo divino tribuit 1 Pet. III, 23. ubi Apostolus regenitos nos adserit non ex corruptibili semine sed ex semine corruptionis experte, per verbum viventis Dei & manentis in ævum. Joh. XVII, 20. per sermonem divinum fidem in nobis produci adseritur, & Jac. I, 18. progeniti dicimur ser-mone veritatis divinae. Tertius denique coniunctionem homi-num cum Deo promovens effectus, est *Sanctificatio*, quam ver-bo

bo etiam divino tributam legimus Joh. XVII, 17. a Servatore, precibus suis discipulis suis sanctificationem a parte petenti, per verbum suum praestandam, & 1 Pet. II, 2. augmentatio vitae spiritualis eidem adscribitur S. Scriptura. Omnia haec supposito hoc fundamento, distinctius, Notionibus quidem suis convenienter evolvenda adaequatum vis huius supernaturalis exhibebunt conceptum.

§. XXXII.

Vis verbi supernaturalis est principium eidem intrinsecum mutationum supernaturalium fini conformium. *Mutationes naturales* quibus producendis S. Scriptura sufficiens demonstrata sunt, quæ ex naturæ anima humanæ & relatione efficaciam verbi naturalis ad facultates illius sunt conceptibiles (§. III.). Quæ igitur derivari hinc nequeunt, ut ut eis S. Scriptura sufficiat actuandis, *supernaturales* erunt dicendæ & quidem non tam respectu verbi divini, iisdem actuandis insufficientes per naturam suam & essentiam proprie sumtam (§. III.), ubi præternaturales satius audirent, quam respectu totius vis & naturæ mundi, quain quod excedit, supernaturale vocatur, referenda enim sunt ad vim verbi divini supernaturalem. Penitus igitur huic perspicientiæ, distinctior illarum suppeditanda expositio, adiunctio simul, quo circa actuationem corundem S. Scriptura versetur, modo.

§. XXXIII.

Effectus verbi divini supernaturales, per naturam animæ humanæ, statimque præfertim huius ratione representationum antecedentium & relationem vis naturalis verbi divini ad eundem impossibilis sunt, (§. XXXII.) hinc vel absolute & per se vel hypothetice tales, saltem ex conditionis aliquius defectu, qua posita alioquin naturaliter illæ procedere possent. Duplicem hanc reperimus conditionem, ad statim animæ diversum singulorum hominum, & naturalem eundem omnium, paululum tantum attentes. Vis enim S. Scripturæ nativa, circa cognitionem & adpetitionem actuandam verlatur, utriusque receptivitatem præ-

viam in obiecto determinando supponens (§. XXIII.). Dum igitur singulorum hominum series representationum, ex diverso cum contingentibus nexus, variant; possibile hinc facile concipiatur, ut ex defectu altiorum cognitionis graduum requisitorum, & maioris etiam supponendæ libertatis, vis nativa verbi divini effectibus iis apud quosdam homines producendis non sufficiat, quos in aliis requisita capacitate praeditis, actuaré omnino valuit, unde facili liquet consequentia, ad easdem in sagacioribus quibusdam mutationes sint conformes cauſandas, requiri vīm supernaturalem S. Scripturæ, quæ apud alios per nativam eiusdem produci potuerunt.

§. XXXIV.

Altera hypothetice per vim S. Scripturæ nativam impossibilium effectuum species, eos comprehendit, qui, pro conditio-
ne animæ humanæ in statu præsenti corrupto, in universum ex illa concepi nequeunt, tunc solum explicabiles, si talis produci posset cognitionis veritatum revelatarum gradus, quantus per anima humanæ ad vim nativam verbi relationem, impossibilis plane est. Referimus eo, intellectus æque ac voluntatis, cum annexis facultatibus, emendationem supernaturalem. Prioris necessitatē ex fine verbi divini facile quisque eruere potest. Finis enim iste prædictus plenarius, requirit sui & mediiorum ad eundem sufficientium cognitionem salutarem, sive ad salutem operandam requisitam (§. VI. X.) Cognitio ista per vim naturalem S. Scripturæ impossibilis (§. XXV.). E. supernaturalis eidem sufficiat necesse est. (§. XXVIII.) Coniunctio hominis cum Deo, finis verbi divini plenarius, habitum involvit supernaturalem (Dogm.) pro finibus ergo intermediis, habitus quoque eandem supernaturales supponere, liquet, hinc habitum quoque cognitionis veritatum revelatarum præcipue cœlestium salutarem, h. e. Illuminationem, cui producendo vis S. Scripturæ supernaturalis sufficere debet. (§. XXXI.)

§. XXXV.

In cognitione ad finem practicum tendente, vita potissimum

mum & certitudo consideranda venit. Vtraque hæc distinctione in illuminatione esse debet, ab illa, quæ per vim naturalem product potuit. (§. XXVIII.) Nativam verbi vim, cœlestium intuitu vero, praestando non sufficere, scimus ex §. XX. Huius igitur modo adpetitiū necessarii productionem, ad supernaturalem re ferre tenemur (§. XXVIII.). Hæc ergo bonis cœleslibus & malis nature non cognoscibilis, in quibus gratia & ira divina principem obtinet locum, ad talem intuitum eiusque extensionem reducendis sufficere debet, qui plenario ipsis fini numeris omnibus respondeat (§. XX.). Naturalis verbi divini vis, par est humanæ saltem nec salutari fidei producendæ. (§. XVII. XXV.) Supernaturalis igitur, divina salvifica rationem continebit in se fidei productionis sufficientem. Efficax hæc veritatum revelationum salutarisque cognitio, ob constantem eius ad finem plenarium relationem, continuanda semper, habitum intellectui supernaturalem qui inducere possit, facile adparet. (§. XXXIV.) Involvit autem hic talem facultatis cognoscitivæ emendationem, ut capacior sit veritatis revelata intuitus veri, & ulterioris super eodem reflexionis: talem vero rationis sanctitatem, ut arcifilius inter omnes naturaliter & per revelationem cognitas veritates, intercedat nexus, adeoque ratiocinia etiam formata maioribus semper intantur revelatis, & anima habitu pollet eximio obvia quæque ex iis dijudicandi. Quæ vtraque conditio, ex natura habitus, simplicitate animæ & methodo gratiae naturam non tollendis sed perficiens, facillime liquet.

§. XXXVI.

Necessarium cognitionis vivæ conjectarum, sunt motus inclinationis eidem conformes. (Psychol.) Ex illuminatione itaque per indeum eiusdem sequitur determinatio adpetitus humani per veritates cœlestes, fini quidem verbi conveniens. Finis coniunctionis hominum cum Deo intermedius, rationem huius propiorem continens, est ordo salutis, ad quem acceptandum odio peccatorum, & amore Dei eiusque appetitione summa in nobis enatis, compellimus (Doggm.). Cum igitur motiva, gratia

D 3

tia

tiæ & iræ diuinæ veræ repræsentationes, iis producendis valeant, ha vero effectus sint illuminationis, (§. XXXV.) facile inde adparet, sufficere vim S. Scripturæ supernaturalem producendo motui appetitus acceptationem ordinis salutis certo procuranti. *Habitus autem illuminationis, habitum etiam pie illius inclinationis præstabit, sibi per omnia conexum.* Vtriusque vero confians ad finem plenarium S. Scripturæ relatio necessaria, conseruationem & hinc augmentationem sui, verbo efficaci continuam imponit qui effectus *sanctificationis latus sumtæ nomine insigniri potest, hypothetice etiam supernaturalibus tantum verbi divini mutationibus adnumerandus* (XXXI, XXXIV.).

§. XXXVII.

Opposita huic effectuum S. Scriptura hypothetice supernaturalium speciei, classis, mutations ad eam tanquam caussam referendas supernaturales eas complectitur, quæ per se ex vi verbī nativa ob heterogeneam suam indolem concepi plane non possunt. *Prima earum est que regenerationis accepit nomen,* inferens oppressionem dominii peccati originalis, exflirpationem habituum inveteratorum, & productionem habitus illius novi legitimarum actionum, vitæ spirituālis. Quam beatam hominis mutationem ad verbum divinum referendam esse, finis huius eminentior evincit; duim ens sanctissimum enti corruptissimo, pro qualibus omnes homines natura habendi, uniti plane nequit, (§. XXXI,) ad supernaturalem vero vim supernaturalis eius conditio, h. e. quæ ex vi verbī nativa concepi plane nequit. Concipi hæc facile potest ex relatione nimium infirma vis finitæ extrinsecæ, ad intrinsecam alicui enti, in ipso ortu eiusdem fundatam, omnibusque facultatibus, earumq[ue] ad se invicem relatione inhærentem naturalem corruptionem; facilius tamen ex superioribus derivanda. Cum enim circa operationem vis nativa verbi divini, præcipue virium humanarum partes sint, (§. XXVI.) hominem vero in fœnet ipso corrigendo omnibus viribus privatum enunciēt oracula divina (§. XXV.) Eph. II, 1. 3. 5. Col. II, 12. Rom. III, 10. 12; fieri plane nequit, ut illa eidem actuando effectui sufficiat, unde supernaturalis sit oportet, (§. XXII.) Quod idem

idem denominationes huius mutationis efficiunt, e. g. creatio
nova dum illa dicitur Eph. II, 10. IV, 24. suscitatio mortuorum
Eph. II, 5. 6. Col. II, 13. quæ omnia vim supernaturalem Dei o-
mnipotentis requirunt, quam expresse nominat Paulus Eph. I,
18. 19. vid. §. XXX. Altera buc referenda mutatio sanctificatio-
nis insignitur denominatione, ob constantem illius ad finem ver-
bi divini relationem necessaria, consistens in habitus illius legitimi-
mi augmentatione & hinc vita spiritualis conservatione. Quam
æque ac Regenerationem ad vim supernaturalem verbi divini re-
ferendam esse, nexus illius cum hac necessariis evincit, suppos-
nens rationem rationato ignobiliorum esse non posse. Quod
probant evidentissima oracula (§. XXXI.) 1 Pet. A. 25 ubi po-
tentia Dei custodiendi dicimus per fidem ad salutem, & Joh. XV,
4. 5. ubi necessaria vis interna, spiritualiter vitalis, ex Christo
per perpetuum influxum ad opera bona, sive exercitium habitus
legitimi, symbolice representatur, quæ per verbum tamen se ex-
ferere debet (§. XXXI.).

13er5

§. XXXVIII.

Obiectio vis supernaturalis verbi divini hactenus ex-
posito, si modum addas quo in eodem illa versatur
actuando sufficientem eius conceptum facile adsequaris. Ex
principiis autem Theol. nat. iam monimus, vim divinam cursui
natura, quantum licet, conformiter operari. Quidquid igitur
ex natura anima & veritate ad eandem relatione insufficienter ex-
plicari poterit in effectibus efficacia verbi divini nobilioris
huncusque recentis, id utique naturale adsumere, cuicunque ve-
ro hocce concipiendo non sufficerit, id vi tamen hominis re-
presentatrici, ciosque, quod licet, legibus, convenienter expo-
nere, lege illa suprema iubemur. Erit hocce nostrarum prefer-
tim partium, in effectuum primi generis genesi explicanda ver-
fantibus quos hypothetice saltem per vim naturalem verbi divini
impossibilis commemoravimus (§. XXXIII.) in quorum produc-
ctione defectus solum vis huius naturæ supplere & eiusdem, quam
continet finis pleni S. Scripturæ, rationem eo usqne elevare de-
bet supernaturalis, donec sufficiens eidem valeat preflando,

§. XXXVIII.

§. XXXVIII.

Cognitionis nostræ defectus pendet vel ab illegitimo mentis facultatum usu, vel ab interna earundem insufficientia, ad-eoque limite vel Physico vel morali. (Psychol.) Vis igitur supernaturalis verbi divini, defectui cognitionis nostræ cum mederi debeat (§ præc.); *in producenda intellectus nostri illuminati-* *one*, (§. 34.) faciet illud, *primum*, dirigendo & determinando operations mentis, circa veritatem ex verbo divino erue-*dam* occupatæ, & sublevando easdem in operando, ad finem re-*quisitæ* cognitioni obtinenda convenienter. Defectus huius cognitionis, quibus compensandis vis supernaturalis sufficere debet, conceptuum producendorum vel *materiale* vel *formale* concer-*nunt*. Vtrisque igitur tollendis illa valebit, *bis quidem* evolutione idearum pro ratione maioris illarum cum aliis naturaliter iam cognitis, nexus, quod sanctificationem efficit rationis, *illis* *vero* elevatione earundem ad vitæ maiorem, determinando sci-*licet* adpetitui fini pleno conformiter, sufficientem gradum.

§. XXXX.

Vita cognitionis in certitudinem æque ac claritatem eiusdem est resolvenda. Huius altiores gradus nituntur extensione campi notarum cognoscendi, harumque secunditate uberiori, que *in-* *tuitum rei elevare* dicuntur. (Psychol.) *Efficacia* igitur S. Scripturae nobilior cognitionem veritatum *caelestium* ad *maiores eleva-* *tura* *vite gradus* (§. 34.) notarum eius extendere debet ambitum, harumque eo rursus promovere intuitum, ut clateres In-*clinationi* hominum (quod satis sit) determinandæ sufficiant. Cum autem quo magis res determinatæ sint, eo plures comple-*mentantur* notas, & hinc omnimode determinata, eorumque ad-*perceptioni* *extensive* possit esse clarissima illorumque intuitus per Experienciam maximus fiat; facile inde est ad colligendum, vim illam supernaturalem verbi divini, *productis* *etiam* *sensationibus* *objectorum caelestium*, vitam sepe cognitionis, pro indigentia sub-*iecti*, ad finem plenum verbi divini relati, esse elevaturam, præ-*teritum* cum *sensationes* attentionem in *objecito* adpercepto melius signen-

figentes, impressioem eiusdem & hinc elaterum vim ad adfertus etiam sanctos excitando, valeant promovere, & ita diffundere etiam ordine retrogrado, instituta reflexione obtinenda, inservire cognitioni. conf. Hebr. VI, 4. Psal. XXXIII, 9.

Quæ de sensationibus hisce, internis nimurum, ob constitutio-
num obiectorum, dicta, rite sunt intelligenda. Acquipol-
lent enim sensationibus illi etiam obiectorum intuitus, qui
ab aliis omnibus obscuris animæ simul inexistentibus ideis
diversissimi, clarissimi sunt, quos producere Deum posse
nemo facile negat, producere vero reapse, & experti & ra-
tiones meditantes, concedent. Itet ipsi magnam tamen
circa hæc omnia dijudicanda necessariam, largiamur curam.

§. XXXI.

Ex clara rerum repræsentatione omnes animæ mutations
concipi posse adfirmantes, per experientiam refelluntur, mul-
tarum in obscuris etiam deprehendi rationem, evincentem. Com-
plexus repræsentationum in anima obscurarum *Fundus* eiusdem
audit. Stupenda huic tribuendam vim in determinando appre-
titu humano, ad mutationes suas æque ac alienas attentum, facile
præterire nequit, hanc vero cum exserit dicitur *excitatur*. Vis
igitur s. Scripturæ nobilior, cognitionis veritatum cœlestium vi-
tam elevatura, & influxum in adeptum, naturæ quidem ani-
mæ humanæ conformiter, quantum possibile est, agens, sum-
endum etiam animæ ad adeptum finibus verbi divini convenien-
ter determinandum, excitabit, quotiescumque naturaliter ille
præstante sufficerit, ei, quod alias supernaturaliter effici debuit-
set. Excitari quidem idem potest per vim etiam nativam præ-
sertim Rhetoriam, fortius tamen per motiva fortiora ab effica-
cia supernaturali adipicata.

Ex fundo certe animi excitato derivanda est, tum ingens tristitia
& moeror, tum eximia hilaritas, cuius ipsi allegare sape ra-
tionem non possumus. Exemplo in rem nostram proprius fa-
ciente adserum illustrabimus. Pone hominem quendam
multas audiisse verbi divini prædicationes, motivorumque
ad conversionem compellentium vividas repræsentationes,
multa legille scripta vivo penicillo delineata, orcum & gra-
ciam

tiam Dei cum celis vivide pingentia, pone exempla eriam iræ divine in peccatores, & amoris Dei in probos varia ad eiusdem sensum perversile, omnes vero hosce imperius ipsum illecebri mundi iretum, cum moribus, quos aiunt, prius elusisse & extinxisse: certe penitus ideas illas omnes exstirpassi dici nequit, ex distinctis in confusas, & hinc obscuras successice abierunt, fundo animæ omnes illabentes. Fine nunc eundem hominem attentum rursus aliquando esse, ad verbi divini prædicationem & subitam in eiusdem adpetitu mutationem oriri, immo continuas adfectuum vicissitudines post intervallum etiam in codem alternare, certe fundus animæ per vim supernaturalem excitatus huius effetus continebit rationem proximam, si etiam claris pro tempore quodam certo eandem ideis tribuere nequeas. Conferri potest Act. II, 47.

§. XXXII.

Certusq[ue] extensionem huius cognitionis cœlestis per illuminationem produc[t] ad valorum mezentem firmans, Experiencia ntitur. Altera, ex convenientia propositionum revelatarum cum iudicis intuitivis operante Deo productis, altera vero, ex sensu mutationum supernaturalium per vim S. Scriptura causillatrum, ortum trahens. Ad priorem referri debet Experiencia eventuum, quos certo ordine S. Scriptura infecuturos prædicit, eomprobans, precum in primis legitime fusarum, per tot tantas que causarum secundarum subordinationes, infecute exauditionis observatio, quæ hominem, de supernaturali verbi divini origine, adeoque veritate contentorum eiusdem, non potest non quam firmissime convincere, & ad efficaciam S. Scriptura supernaturalem referri debet, quatenus eius admissam operationem supponit. Ad posteriorem vero propius hoc pertinentem, referre in illuminatione tantum possimus ad perceptionem effectum supernaturalium, per efficaciam verbi illuminantem, productorum, intuitum illum veritatum cœlestium sensationibus sape æquipollentem, impressionem vehementiorem conceptuum sic reuelatorum, (§. 40.) mutationes, quæ ex statu animæ, ratione seriei representationum prægressæ, nullo modo derivare possunt. (§. 35.) Dum enim mutationes supernaturales, vim etiam huius

con-



conditionis arguunt, sensus illarum, convictionem etiam de praesentia huius in eo verbo, inferre debet, ex quo proxime illæ sunt conceptæ, sive id fiat per distinctius ratiocinum, sive, quod incomplurimis locum habet, per motum supernaturalem in eo fundatum, inexplicabilem tamen animæ sentient. Vis infinita, præsens verbo fini eius conformiter proxime illud efficax redens, arguit veritatem Auctoris summi, & hinc firmissimum in mente illius sibi conscientia operatur ad sensum, hinc de contentorum S. Scriptura veritate, convictionem.

§. XXXIII.
Certitudinem hanc in ipsa illuminatione productam, ad maiores iudicis gradus insecurus reliquorum quibus vis divina sufficit mutationum sensus, evenerat necesse est, in accidente preferenti altera certitudinis ratione. (§. 42.) Enatus vero inde ad sensus fidis audit divina, ratione denominationis ex prægressis facile petenda. Si enim fides pro qualibet accipiatur coavulsionis, tunc hanc certe ipsius hominis viribus naturalibus longe superiorem, Dei omnipotentis vi productam esse §. præc. docet: si vero pro ad sensu Testimonio alterius nitente; testimonium divinum in anima convincenda de veritate contentorum S. Scripturarum, per mutationes supernaturales iisdem iunctas, rationem adserendi ultimam ex genesi huius fidei novimus. Loquuntur hominum veritatem clarissima oracula. I Thess. II, 13, ubi Paulus Deo in solium tributum operanti, quod auditores verbum Dei ut tale accepertint i.e. plene apud animam suam persuasi fuerint, Deum ipsum testificari id quod per prædicationem Apostoli credendum illis propositum. Rom. X, 17, ex auditu solo fidem illam derivatum invenimus, que confirmant etiam Exempla, Lydiæ Actor, XIII. Evnuchi Actor VIII. conf. Act. II. XVII.

Qui fidem divinam per motiva credibilitatis interna produci adferunt, in quibus Ioh. Adam, Osiander Collég. Theol. Syst. p. 106. conf. Hollazii Examen p. 123, denominationis adducunt rationem habere nequeunt, sed ab obiecto tantum petitam vel quod veritatibus adseruntur divinis, vel quod motiva credendi ab ipso verbo divino distincta non sint, que utraque fidem tamen non nisi parere possent humanam.

E 2

§. XXXIV.

§. XXXXIII.

Cognitio viva movet adpetitum. Ordinarius igitur iam hic etiam cognitionis coelestis vivæ, per vim motivorum concedi debet in adpetitum influxus, nisi corruptissima hominis facultas inclinatoria per bona adparentia determinari superpondio naturali consveta, inimica coelestibus se nobis obverteret (§. XXV.). Necessarium hinc utique est, ut viribus naturalibus exfulibus, *divina illa efficacia influxum illum determinatione sua supernaturali immediata praefet*, pravitatem facultatis divine corrigo, adhibitis tamen motivis & procurata ex illuminatione peccatorum deflatione per idearum terribilium iræ divinæ excitatam nubem, Deique communione commendata ex representatiōnibus gratia divinæ (§. 40. 37.) cuius utriusque extensivæ & intensive facta augmentatio modo iam declarato, efficiet *sanciſationem intellectus & voluntatis* (§. XXXI, XXXVII.).

§. XXXV.

Habitus supernaturales illuminationis & pia inclinationis tendunt ad habitum legitimarum mutationum *viam spiritualēm*, *vi illi verbi divini supernaturali insolidum adscribendam*. Modum tamen productionis ex illis pleniorē delineare, heterogenea illius, praefertim in deperditissimis brevissimo temporis spatio penitus correctis conditio vetat. Nec enim omnia hacētēnus encucleata tam longe ab invicem distare putandum est, quæ distinctior evolutio hoc modo separata tradere iufit. Subitanèam profecto illorum omnium remoīs impedimentis sāpe procedere productionem, Experiencia docet. (§. XXXXIII.) Tantum scimus, voluntatis ab intellectu illuminatio legitimam dependentiam per viam illam supernaturalem produci (§. XLIV.), quibus connexæ facultates per eandem corrigi debent (§. XXXVII.), ex qua legitima facultatum ad se relatione, conatus ad legitimas in anima humana orientur mutationes, supernaturales etiam ob causam supernaturalem, necesse est. Dicuntur illi *vires spirituales*, quod per infinitam Dei potentiam, cuius moderationem circa verbum divinum Spiritui S. adproscriptive tribuitur, sunt

PRO*



productæ, & per continuum motivorum spiritualium, supernaturaliter efficacium, influxum conservantur & intenduntur. conf. 2 Pet. I, 3. §. XXXI. Pertinens hæc ad conservationem vite spiritualis per continuum eius augmentationem, hinc *sanc&ificatio&nem*, per influxum gratia specialissimum, præstandum præferunt in lucta carnis & Spiritus, hunc angendo contra insultus hostiles, & arma suppeditando *svavata* τῷ Θεῷ ad captivandam omnem cogitationem extollentem se aduersus cognitionem Dei 2 Cor. X, 4. 5. Eph. VI, 17.

§. XXXVI.

Efficacia hæcce verbi divini nobilior per declarationem effectuum ipsius exposita, iam quoal *qualitates* proprias considerari poterit. Prima, *ipius ad verbum spectat relationem propriorem*. *Essentia verbi* consistit in relatione sensus ad characteres (§. III.) & qua hinc efficacia sive vis eiusdem conceptibilis *naturam* eiusdem constituit. Dum igitur vis supernaturalis §. Scriptura est ipsa potentia divina essentialiter Deo competens, sufficiens esse cibis ex relatione veritatum revelatarum ad animam humanam non conceptibilis (§. XXVIII.), nec ipsa in verbi divini essentia & natura rationem sui sufficientem proprie habere potest, & hinc eidem Physice & originative inherere nequit. Cum autem efficacia sit verbi divini, ita ut ipsum hoc verbum dicatur ipsa vis omnipotens Dei Rom. I, 16. & S. Scriptura sine sequitur ut ex ipsius notione necessario derivari posse, & ita ipsi communicata esse debeat, ut induculo nexus extra usum etiam eidem iuncta sit, adeoque ipsis S. Scripturæ characteribus ita semper adsit per ordinationem Auctoris specialissime, ut ipsis viuam nativam exserentibus, in obiecto idoneo semper mutationes excitare valeat supernaturales. Dicitur ob eam caussam verbum divinum Luccena Psal. CXIX, 105. quod vim illuminantem semper sibi habet connexam, & gladius anceps Ebr. III, 12. verba vite Joh. VI, 68 (§. XXX.).

Communicationem hanc Vis infinitæ cum verbo divino, declaratur Vir S. R. D. Joach. Langius in præf. ad versionem Germanicæ

manicam libelli elegantissimi Aeg. Hunnii de maiestate S. Scripturæ, comparationem instituit inter eandem & communicationem naturarum in Christo, quam tamen collationem ultra tertium extendere, ut debuit, vetat.

§. XXXXVII.

Si conceptum entis plenum cum omnibus modis perpetuis, essentiam, & indolem seu constitutionem rei, sive complexum virium eius, sive essentialium absolute necessariarum, sive communicatarum, naturam eius dicere volueris, *essentialis etiam & naturalis S. Scripturæ efficacia eiusdem nobilitor dici debet.* (§. XLV.) Cum vero variis hæc incommodis subiaceant locutiones, confusionem facile pariturae nec etiam strictiori convenienter usui, quo quidquid naturale, esseentiale & insitum rei, id etiam eidem ita inesse dicitur, ut rationem sui in eis ipso deprehendat sufficiemt; satis plurimi Theologorum nostratum ab iis Terminis abstinuerunt, & vim supernaturalem a nativa verbi divini efficacia eo etiam ex fonte diffinxerant, quod hæc ex natura ipsius conceptibilis sit, illa vero non item. Si vero Theologorum etiam illorum qui naturalem hanc efficaciam nobilitorem, de essentia & natura S. Scripturæ, esseentiale cique insitam dixerint penitus intueantur scripta: ut Hulsemanni de auxil. Grat. disp. III. Quæst. 5. Thes. V. §. 9. p. 255. Quenstedt Theol. P. I. p. 169. n. 5. 6. 12. Satis adparer eos his votibus ita usos fuisse, ut opponerent naturale non supernaturali sed parastattico Rathmanni, & utrum proxime induisse cum verbo connexam, ex ordinatione tamen & voluntate Dei efficaciam illam ipsi communicatam esse & subiective inherere adsererent conf. Musæi Introd. in Theol. P. II. Cap. VIII. Thes. VIII. de Convers. disp. VI. Der Jenischen Theol. ausführliche Erklärung re. Loc. I. Quæst. X. Scherzeri Theol. p. 32. §. 30. Der Wittenbergischen Theol. Gedanken über der Rathmannischen Controvers Quæst. 4. 5. Der Jenischen Theol. Gedanken darüber Quæst. I. §. 4. IV. §. 14.

Variant hoc eodem ex fonte Theologi, in exprimenda relatione verbi ad finem plenum, alii medium, alii instrumentum id dicentes comodius & accuratius. Medium enim sequitur

ut instrumentum diiudicandum ex virtute essentiali & con-naturali, non vero ex vi a causa principali eidem communi-cata. Vis autem S. Scripturæ nativa ignobilior utique est sine actuando (§. XXV.) & efficacia qua prædicta demum sufficit huic adsequendo verbum divinum, non naturalis sed com-municata (§. XLV.) eidem est. Si igitur conceausam princi-palis subordinatam ignobiliorum, instrumentum, non igno-biliorem vero in alio tamen causarum genere influentem in finem medium dixeris: *Instrumentum utique non vero medi-um gratia verbum divinum fructus dicendum est.* Ut ut sa-ciles hanc etiam denominationem largiri possumus, si pre-fertim omne illud medium vecaveris quod inter finem & causam principalem interponitur. Nec tamen verendum est, ne per denominationem instrumenti nimis a verbo se-paretur vis illa supernaturalis. Diversæ enim conditiones es-se possunt instrumenta, alia virtute causarum principialis semper pollentia, etiam extra usum, alia non item, ex prioribus es-se S. Scripturam evictum est. (§. XLV.) Nec Instrumenti hoc notionem tollere potest, quia principali causa sua ramen manent munia, ut scilicet actu secundo, operante vi super naturali, instrumento verbo communicata, influens in effe-ctum, verbum hoc ad sufficientiam finis actuandi clevet, & sic Spiritus S. nos per verbum Illuminare, regenerare, san-tificare dici posit in oraculis divinis, conf. Musci Introd. P. II. Cor. VIII, n. VII. Ausföhrl. Erflär. Quest. X, p. 108. Formi Fried. Meieri Fræceptoris pie aeternum colendi disp, de differ-entia quod naturale & mor, in Theol. §. 38. 1 Cor. III, 4-7.

§. XXXVIII.

Altera vis huius nobilioris determinatio, relationem ipsius ad vim nativam verbi divini exponit, propiorem, actu tam pri-mo quam secundo. Vtramque vim ad verbum divinum neces-sario referendam esse, adeoque indivulse eidem competere, pa-tet ex (§. VIII. XXVII.), alteram ex notione orationis & ver-bi, alteram ex conceptu verbi divini immediate fluentem. (§. III. VI.) Dun igitur S. Scriptura eadem manere conceptu pleno ne-queat, ino quæ debet efficissima esse cest, derogata eidem una virium earundem efficaciam eius plenam simul confluentum; (§. 27.) liquido inde constat utramque harum in nexus cum S. Scri-

Scriptura necessario esse, nativam quidem absoluto, innixam essentia huius, supernaturalem vero hypotheticō, fundatam voluntate firmissimaque summi Numinis ordinatione (§. 45.). In nexus enim sunt quorūcunque unum continet characterem sine altero impossibilem, aut si mavis rationem alterius determinantem (Ontol.). Quæcunque autem connexa cum eodem tertio, connexa etiam sunt inter se; (Ontol.) nexus igitur utriusque efficacia cum verbo divino necessarius, nexus etiam & utriusque ad se invicem necessariam relationem inferre iubet, actu scilicet, quo quævis S. Scripturæ competens adsumta est, primo.

§. XXXVIII.

Finis plenus verbi divini non nisi per plenam eius efficaciam obtineri potest (§. 11.). Efficiens igitur S. Scriptura evadere nequit ad finem ultimum actuandum, nisi utraque vis, plenam eius efficaciam constituerit, actu se exserat secundo. In actu igitur etiam secundo s. ipsa operatione vis illa utraque insolubili ut coniuncta sit nexus oportet, ita ut nulla harum virium admissa per receptivitatem obiecti agat otiosa alia manente. Si contrarium adfirmas, universale S. Scripturam ad omnes omnino homines pertinens medium salutis esse negabis, obloquens veritatis sanctoris doctrinae de extensa Dei gratia agentibus (Dogm.). Dum autem efficacia verbi divini supernaturalis, defectus solum nativæ supplet adeoque ubi hæc desit operari incipit, (§. 38.) facile inde est ad cogitandum, supernaturalem locum invenire non posse nisi admissa apud hominem naturali, adeoque hanc quidem ordine priorem esse altera concepiendam, quam operantem in obiecto aliquo illa per constitutionem divinam necessario statim comitetur ita quidem ut mora & intervallum inter utriusque operationem difficilis maneat adsignata (§. 43.).

§. L.

Quæ reliqua efficacia huius supernaturalis sunt qualitates, modum eiusdem operandi determinant. *Ordinatum* est quod leges præfixas sequitur. Vis illa verbi nobilior naturæ in agendo humanae observat leges, (§. 38.) ipsa moralis etiam hominum con-

conditio imputationi locum flagitans, ut conditionibus quibusdam gratia in eos effectus adstrichi sint, requirit, (§. 7) *ordinata igitur efficacia illa ut sit* necesse est. Supponit iam illa si exercere se debet operationem vis nativa S. Scripturæ (§. 48), & donum est immediate operantis Dei, attributive Spiritus S. (§. 45.) Cum igitur naturalis verbi vis usum huius legitimum, dona vero Dei preces fundendas requirant; (§. 23. & Dogm.) facile inde patet, ad experiundam quoque vim supernaturalem verbi divini utraque pertinere requisita, receptivitatem obiecti, & ordinem qua determinare possint. Docent eadem, Exempla viatorum Dei & expressa oracula divina Psal. CXIX, 12. 18. Act. VIII. XIV. XVII. Jac. I, 5. 17. & Christus Joh. VII, 12. actuale cognitorum exercitium, specialius princeps eodem refert momentum ex fine practico verbi divini & morali hominum conditione facillime concipiendum.

§. LI.

Quidquid impedit a nobis potest, illud *resistibile* est saltem antecedenter. Cum igitur *ordinata vis supernaturalis* conditio efficiat, ut operatio eius impediti a nobis possit, (§. 40.) *resistibilis utique est dicenda*. Dum vero efficacia omnis operator pro receptivitate obiecti, & posita ratione insufficienter ponatur ratio natum: admissa etiam decenter naturali S. Scripturæ efficacia actio supernaturalis suo modo necessaria & irresistibilis est quo ad primos quod aiunt impetus ac motus. (§. cit.) Quia vero ea mentis humana est conditio, ut alia per alias heterogeneas extingui saltim per clariores obscurari & debilitari possint ideas, & hinc earum in appetitum insringi influxus, idem etiam in operatione vis supernaturalis S. Scripturæ eveniat necessarium est, ut admissis licet primis eiusdem motibus, cor tamen illecebris mundi praediicisque terrestribus irretitum per neglectum usum mediorum (§. 49.) & productas ideas heterogeneas ulteriorem eius fructum possit impedire. Quod libera ordinis salutis conditio moralitatem homini reliqua per sapientiam divinam exigit & complurima quotidie exempla dolenda confirmant,

P

§. LII.

§. LII.

Effectus in contingentibus, gradus suos habent. Gradus actionis transeuntis respectu effectuum, ad gradus receptivitatis obiectivæ & voluntatem agentis seu finis redeunt. (Ontol.) Receptivitatis obiectivæ respectu operationis efficaciam Scripturæ nobilioris, gradus, ad maiores vis nativa effectuum & usus mediorum requisitorum fideliors gradus reducendi. (§. 49.) Quo igitur vis nativa verbi divini præstantiores in homine producere potuit effectus, quo hic fidelius cognitionem hoc modo acquisitam collocat, & supernaturali experiunda maiorem operam nativat, immo quo maius denique ex nexo ipsis universo bonum a Deo prævidetur; eo maiores efficacia supernaturalis gradus actu secundo in eodem ut adsequatur oportet.

§. LIII.

Qui verbum peculiari pro muneri sui ratione in vulgus emanare faciunt dicuntur *Miniſtri verbi divini*. Horum igitur circa utramque illius vim quæ esse possint & debeat mania ex disputatis facile liquere potest, illa scilicet quæ ex viribus concipi possunt naturalibus. Vis verbi nativa est quæ tota quanta est ad vires animæ humanas reddit (§. XXVI.), hanc igitur solam ministri verbi divini urgere & ad altiores gradus evrehere apud auditores possunt, distinctatem, certitudinemque notionum revelatarum ex verbo divino, & vim etiam motivorum, sensitiva viva oratione pro virili præstando, cum qua supernaturalis efficaciam operatio induſſo quidem nexu cohæret, a ministris tamen non pendet, qui ad illam non nisi precibus fusis, & mediis eidem experiundæ inservientibus commendatis, concurrere valent. Spectant eo Servatoris verba Joli, VI, 37. 65. tractum mentis humanæ supernaturem potentia Dei infinita in solidum adscribentis. Potuisse enim ipse Redemptor per suam eamdem vim infinitam percussere hominum mentes miraculose, verum officio suo prophetico fungens, nil aliud sibi datum sciebat quam naturalem verbi divini vim promovere supernaturali Deo operanti per economiam muneri remissa conf. 1 Cor. III, 4. 7.

§. LIII.



§. LIII.

Vltima tandem vis huius supernaturalis determinatio, actionem eius cum actione nativæ conferre iubet. Est hæc secundum expositionem eiusdem moralis, (§. 26.) diversa igitur illius conditio sit ex diversitate rationis statim sufficientis appareat. Mutationes quibus efficacia verbi supernaturalis sufficit productis, ex vi finita profus non conceptibiles, in illa ratione cui sufficientem sola habent, (§. XXVIII.) quia ergo immediate per eandem producantur, prout omnia quæ supernaturaliter causis secundis exclusis fiunt, dubium esse nequit. **Immediate igitur Spiritus S.** cui adpropriae vis illa supernaturalis adscribitur, agit verbo specialissime semper praesens. Dum vero Spiritus S. per vim suam non operatur nisi cum verbo divino cui illa individualiter communicata est, legitimoque eiusdem usu (§. XLV. XLIX.) hoc sensu mediate idem agere in hominem supernaturaliter determinandum dici solet. (Dogm.) (§. XXXI.) Omnis igitur per actualem efficaciam supernaturalis influxum causatus eventus miraculuum quidem est respectu regni naturæ, licet idem esse definit in regno gratiæ, ob ordinarium eius eveniendi modum, quem Deus regno naturæ conformiter ita instituit, ut specialissim gratia sue influxus non nisi accedentibus conditionibus intermediis, quæ utut rationem eventus sufficientem non continent, ordinem tamen figurant, se exserat ordinarie. Immediate influens physice in aliud agit, contradistinctum morali, non reali influxu sed motivorum vi intermedia idealiter aliud determinans. **Physice igitur efficaciam supernaturalem agere in hominem dicendum est,** vel circumspectius adhuc physicoanalytice, praesertim ob resistibilitatem illius (§. LI.) demonfrantidem Eph. I, 18. cum Physice profecto in Christum resuscitandum omnipotentiam divinam influxisse nemo facile negaverit, ut & Joh. XV, 4. 5. VI, 44. conf. §. XXX, XXXI.

§. LV.

Sic igitur instituto satisfecisse nobis persuademus efficaciam verbi divini plenam per particulares eiusdem vires, horumque

F 2

ad

ad se invicem relationem verbo divino convenienter ad dictum
fane rationis exponendi. Utteriora huc facientia desiderantem
ad Dogmaticos, æque ac polemicos remittimus. Priores iam
citatos dedimus §. XXXXVI. in posterioribus præcipui sunt Zelt-
ner in Breviar. controvers. cum Remonstr. Controv. 33. p. 302.
Frank in Exercit. Antilimborchian. Exerc. VI. Scherzer in Col-
leg. Antifoc. disp. II. Si vero qui veritatibus Philosophicis, re-
centius dilucidatis, de facultatum animæ humanæ vigore, nimis
forte antea attenuato, ad id abuterentur, ut ex habitibus morali-
ter per motiva ex opere Redemtionis desumpta emendatis, habi-
tum illum legitimarum imitationum deducere conarentur, cui
producendo non nisi vis supernaturalis infinita sufficit (§. XXXVII.)
& vires quidem motiva illa spirituales dicent, habitum vero
illum supernaturalem non alio significatu quam quatenus ad spi-
ritum illa hominis spectant, per spiritum etiam s. imitate olim
manifestata sunt, conversio autem illis nitatur qua veritatibus su-
pernaturaliter quandam & miraculose revelatis; ii quidem fuso
verborum derafo aperte se castris Arminianorum addicerent, u-
nam solum vim naturalem verbī moraliter agentem statuen-
tes, ex altera huius tractationis parte §. 25. 28. 30.
refellendi, conf. §. 26.

F I N I S.

P. 9. §. VI. l. §. lege Joh. XVII, 3.



AESTV-

AESTVMATISSIMO RESPONDENTI

S. P. D.
PRAESES

Aduam & difficilem doctrinam disputas, quam neque cuivis permissem neque TIBI, nisi preclare de TE existimatam, TVAMque industriam & dexteritatem iam cognitam habuissim atque compertam. Nec desuisse operam TVAM argumento gravissimo apprime nunc letor & TVA causa, cui impense volo, atque hoc tirocinium Academicum vere & ex animo gratuler, & mea, qui profectibus auditorum publicisque illorum documentis mirifice delector, & ipsiusmet doctrinam variis Erroribus per ielitantis atque in duplex discrimen adducta ab hominibus qui ea, quae DEVS coniunctissima esse volunt divellunt atque in alterutram sacrarum literarum efficaciam inturri dum unam tuentur & vindicant alium sollicitant aut euerunt. Circumspecte his malis medendum est, atque sollicite cavendum ne vel fuga Erroris unus in oppositum praecepites demus alteri saltem adversantium parti, latus praecedamus, vel ad inanes formulas delabamur. In quo negotio ita elaborasti ut non solum studium sed ipsum opus mihi approbaveris. Nolui igitur meditationes TVAS retrahere. Neque hic supplementa scribam, quibus vela TE proposita arctius circumscribi, foecundius amplificari confirmarique possint, vel integrum argumentum illustrari commemoratione imprimis tam officiorum erga utramque hanc efficaciam arctissimumque earum nemus quam praevaricationum ex eorundem & ignorantie & neglegctione ortarum. Sed veterem aliquam scholasticorum distinctionem succincte explicabo innoxiam primum neque male excogitam pessime tamen applicatam sensimque sic depravatam ut perniciosissimos errores invexerit. Poterit illo exemplo apud omnes constare quanta cautione in ancipiti doctrina opus sit ut inoffensos errores praeteremamus. Scilicet per speciem veteres scholasticis mediis gratiae divinae & verbo DEI & sacramentis praeter naturalem efficaciam logicò moralem quale cogitationibus absolvetur & commotionibus hominum eorundem sibi consuetorum neque otiosorum aut ingenio & animo non usorum, alias competere super naturalem physico analogam que neque his limitibus termi-

na-



naretur, neque ab hominum operationibus penderet. Distinctum
igitur iuerunt hos operandi modos effectuumque classes, pronuncia-
runtque prodesse hae media gratia non solum ex opere operan-
tis verum etiam ex opere operato, quod sine errore fieri potuit.
Inselici postea distinctione sacramentorum veteris Testamenti
a novi testamenti sacramentis quorum illa bis inferiora habuerunt
ut destituta effectibus qui ex opere operato penderent & symbolice
tantum operantia effecerunt ut haec praerogativa sacramentorum
Novi Testamenti emendandi hominem ex opere operato ab effectu-
bus ex opere operantis derivandis separaretur atque hi prorsus ne-
gligerentur imprimis ex quo ab effectibus baptisni in infantibus
sine opere operantis ex solo opere operato profectis affectionem sa-
cramentorum in universum omnium apud ipsos adultos salutarer
mutandi homines ex solo operato effinxerunt. Quare pos-
quam signum aut detorsio potius fidei implicita innocenter pri-
mum & verissime sic appellatae accepit, ad ipsum verbum Dei pre-
cesque transit profectiones sive intelligantur sive minus. Atque
haec veri rectique migratio levis initio & parum animadversa
non solum functionem separationem efficacie supernaturalis a na-
turali huicunque eversione peperit verum etiam a ruina & sub-
versione parum absuit totius rei christianae quae illa opinione ope-
ris operati tota fere in superstitionem ratione destitutam formu-
las, ceremonias & religiones Deo homineque indignas abierat.
Latius haec prosequerer nisi vererer ne prolixiores euaderent litterae
quam conuenit. Quare quod reliquum est, officio amoris
significandi gratulandisque beneficia divina breviter defungar. Ne-
mini enim qui utrumque noverit obscurum neque TIBI dubium
esse arbitror quanti a me sis, ob ingenium excellens, morum pro-
bitatem, mentem bene animatam, indefessum litterarum studium
laborumque assiduitatem. Neque in posterum a me desiciam ut
mea in TE voluntas verborum documentis indigat. TV vero
amicissime FELMER, spem amplissimam, quam fecisti, non fru-
straberis, amoremque meum non desistues, studium academicum
feliciter & mensus dolelinam operamque omnem Deo conservabis
atque solita TVA virium contentione ad praeciae de litteris
Deique populo merendum enitere Tuamque rem divinis au-
spiciis ages rectissime. Dodi Haleae in Acad. Frider.
d. X. Oct. A. MDCCXXXII.

Ib 2639

(x2258286)

ULB Halle
004 733 86X

3






Farbkarte #13

B.I.G.

Black



DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
**EFFICACIA S. SCRIPTVRAE
NATVRALI ET SVPERNATVRALI**

QVAM

SVB PRAESIDIO

VIRI SVMME REVERENDI EXCELLENTISSIMI
ATQVE DOCTISSIMI

DN. SIGISMVNDI IACOBI BAVMGARTEN

S. S. THEOL. D. ET PROF. PVBL. ORD.

PATRONI AC PRAECEPTORIS QVA PAR
EST ANIMI OBSERVANTIA AETATEM COLENDI
ERVDITORVM EXAMINI

AD D. OCT. A. O. R. CLO 10.CCXXXXIII

H. L. Q. C.

SVBIICIET

AVCTOR

MARTINVS FELMER

CIBINIO-TRANSILVANVS.

HALAE MAGDEBURGICAE

TYPIS GEORGII IACOBI LEHMANNI VIDVAE.

(6)